



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 6. Lutherus Wittemberga Wormatiam profectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI. neque ullam vel violentiam, vel injuriam ti-
A.C. 1521 meas. Volumus enim te in præfato nostro
 conductu firmiter manutenerem.

§. VI.

Lutherus Wittemberga Wormatiam profectus.

Sleidan. l. c. Lutherus igitur publica accersitus fide
cap. 64. Wittemberga Wormatiam conten-
Acta Worm. dit, nondum elapso, quem Cæsar præ-
conv. ex Cod. fixerat, viginti dierum termino. Comi-
Vatic. tabatur eum Caspar Sturmius, Fecialis
Pallavie. l. I Cæsareus, eo fine e Wormatia missus,
c. 26. ut Lutherum fide publica custoditum
Ulemb. in vi- adduceret. Hic igitur Erfordiam dela-
ta Lutin. c. 6 tutus, ad FF. Augustinianorum cœnobium,
m. 2. p. 86. ubi olim sacro Ordinis sui habitu
 induebatur, divertebat, ac incidente
 Dominica *Quasimodo* ad populum dicere
Cochl. p. 31. rogabatur. Lutherus contempta lege,
 vi cuius concionari per publicæ fidei
 sponzionem prohibebatur, sermonem ha-
 buit, ad quem undique confluxerant
 populi, nonnulli eum percipiendi avidi-
 tate, cuncti curiositate commoti: Ipse
 autem in suo sermone vehementer con-
 tra pias actiones, legesque humanas
 declamabat. Ita enim ajebat: *Unus æ-
 dificat templo, alter peregrinatur ad S.
 Jacobum, aut ad S. Petrum; tertius jeju-
 nat, aut orat: induit cappam, incedit nu-
 dipes.*

dipes. Ejusmodi opera nihil prorsus sunt, ~~Secul. XVI.~~
 quæ & funditus desirui oportet; quicquid ~~A.C 1521.~~
 enim a Papa venit, id clamat: Da, da, si
 non facis, diaboli es. Modica res esset, si
 solum expilarentur homines: hoc vero ma-
 ximum est malum, quod homines eo dirigan-
 tur, ut opera corporalia possint salvare, aut
 justificare. Dein Lutherus Erfordia pro-
 fectus, Oppenheimium venit, ubi se
 nominatum Romæ Feria quinta majoris
 Hebdomadæ a Papa anathemate percul-
 sum percepit. Accepto Nuncio iidem,
 qui inter itineris comites magis timidi
 erant, nihil non agebant, ut Luthero
 Wormatiam venire dissuaderent, hanc-
 que in rem eidem hostium suorum nu-
 merum, ac potentiam exponebant, sup-
 plices, ut Joannis Hussi exemplo sape-
 ret. Reposuit ille: „Grata mihi qui-
 „dem est vestra sollicitudo, hæc ta- *Sleidan. l. 3.*
 „men mihi haud absimilis videtur ab *c. 64.*
 „illa, quam Pilati uxor pro Christo
 „gerebat, nam sicut hanc in illa fœ-
 „mina, sic & in vobis dæmon excita-
 „vit; quippe non minus in illo, quam
 „in præsenti casu tenebrarum Ange-
 „lus solium suum proxime eversum iri
 „prospiciens, ut illud conservaret, ex-
 „trema quæque tentavit; insuper ad-
 „dedit Lutherus, quamvis certus sim,
 „quod mihi tot, quot in cunctis illius
 „urbis (Wormatiam intelligebat) te-

A 5

„ctis

Sæcul. XVI., „Etis tegulæ sunt, dæmones immine-
A.G. 1521. „rent, nihilominus eo pergere haud de-
 - „sistam. „

§. VII.

*Lutherus Wormatiam delatus, ibi
que interrogatus.*

Cochl. loc. cit. **Pallavic. l I.** **c. 26. n. 8.** **V**enit denique die decima sexta Apri-
 lis Wormatiam, ac cum octo solum
 equitibus urbem ingressus, ad ædem
 Equitum Ordinis Teutonici prope Sa-
 xoniæ Electoris Palatum divertit; po-
 stera die decima septima ejusdem Men-
 sis circa quartam pomeridianam ad co-
 mitia admittebatur, introducente eam
 Comite de Pappenheim, S. R. Imperii
 Marescallo, a quo ante omnia commo-
 nitus est, ne quid loqueretur, nisi a Cæ-
 sare interrogatus. Postmodum Eckius
 Juris peritus, ac Bavariæ Ducis Con-
 filiarius Lutherum allocutus, Cæsarea,
 inquit, Majestas huc te, Martine Lu-
 there! accivit his duabus de cauſis.
 Primo, ut libros hosce hactenus tuo nomine
 vulgatos, agnoscas hic coram, si tui sint.
 Aderant ibi operum fuorum transfum-
 pta, quorum tituli publice prælegeban-
 tur. Secundo, ut profitearis, an in his
 contenta tueri, vel errores tuos revocare ve-
 lis. Ad hæc Lutherus, libros, inquit,
 jam recensitos non possum non amplecti pro
 meis,